

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Cothmann

Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Professor. Ad Exequias Quas Uxori ... Margareta Bossow/ paratas cupit Maritus moestißimus. Cives Academicos in aede Mariana ad medium secundae sedulo invitat

Rostochii: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747415552>

Druck Freier  Zugang



Cothman, J.,
in M. Bossow,
uxor. S. Jageteuffel.

R. 1639.

37.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn747415552/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn747415552/phys_0002)

DFG

RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN,
S. S. Theologiae Doctor &
Professor.

AD EXEQUIAS
Quas
UXORI DESIDERATISSIMÆ
Matrona honestissimæ

MARGARETA
BOSCOSSI
paratas cupit
Maritus mætiſſimus.

Cives Academicos in æde Mariana ad medium
secundæ sedulo invitat.

os(o)s

ROSTOCHII,
Literis NICOLAI KILII, Acad:Typ.
Anno M DC XXXIX.

#A

RECTOR

Georgius Antonius Röder

JOHANNES GOTTHAM

2.2. Theologie Dogmat.

Dogmatis

Practica

Ques.

GEORGII DEDICATI LIBRI

ATRIA MARIA

1800

prædictio

1800

Georg Antonius Röder

(c) 1800

Rosdok

Georg Antonius Röder

RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
JOHANNES COTHMAN,
S.S. Theologiae Doctor
& Professor.

Drum ordinis amantem es-
se variarum in humano genere so-
cietatum indicat institutio. Socie-
tas Ecclesiastica arguit nos post la-
plum nostræ fragilitatis, scil. pecca-
to nos ita esse obnoxios, ut nisi adultos ordinariè,
Ecclesiæ ministri per verbum publice prædicatū,
aut privatim propositum salvent: aut deficiente
ordinario ministerio, lectione & meditatione sa-
li promoveatur, homines adulti salvificine que-
ant. Societas politica legibus bonis sanciendis &
conservandis data, admonet magistratū & subdi-
ctos sui officij. Et certè si magistratus in exequen-
do officio legnis subditī in parendo negligentes
deprehensi fuerint. Tum Deus utriusq. arbiter &
ultor id cum immediate, tum mediatae facturus
est, uod decet. Imprimis subditum qui pareat
in rebus licitis & honestis discere debuit, sui me-
morem

motem faciet officij. Nō igitur quisquā civium Academicorum, quod tamē fando audivimus, sese legibus & quis & honestis non ita pridem propositis opponat. Si quis in illo delicto schemate convetus popularium, deprehensus ac convictus fuerit, exemplum poenae Academicæ in se statui, quisquis tandem ille fuerit, nullo habito personarum respectu, certo sciatur. Programma enim illud contra schoristicam, ac vexationes penalisticas nō erit, volente Deo, ut forsan quidam sibi imaginantur campana sine pistillo, haec tenus de societate politica. Societas oeconomica omnium præstantissima, est inter Maritum & conjugem. De hac societate cum politici scribant; nullam esse vel dignitate præstantiorem, vel utilitate efficaciorem, vel jucunditate digniorem, quam eorum qui arctissima corporum animorumq; conjunctione ad individuam vitæ consuetudinem colendam coaluerūt, facile colligere licet, quem luctum societatis hujus distractio pariat. De quā recte inquit poeta:

*Non dolor est major, quam cum violentia mortis
Unanimi solvit corda ligata fide.*

Facilimē igitur colligere est, quanto in luctu, & mœrore versetur Vir Integerrimus ac Doctissimus Dn. SAMUEL Jageteffel / Pharmacopola hujus Reipubl. dignissimus, quando præter exspectationem, cōjuge dilectissima, Oeconomæ peritissima morte

morte privatus fuit. Nata vero est pie defuncta
nostra ex honesta familia & laudatis majoribus. A-
vus paternus fuit Vir Amplissimus & Prudentissi-
mus Dn. JOACHIMUS BOSSOW/Civitatis Parchimē-
sis Consul meritissimus. Avia paterna ILSABE LAN-
GEN/matrona honestissima. Avus paternus vero
fuit Amplissimus ac Spectatiss. Vir Dn. DANIEL
ELANDRIAN/Consul Civitatis Gustroviensis dignis-
simus. Avia autem materna MARGARETA KRÖGERS/
foemina laudatissima patrem defuncta nostra ha-
buit, Amplissimum prudentissimum ac doctissi-
mum Dn. HENRICUM BOSSOW/Consulem bene-
meritum Parchimensem. Prodiit autem in hanc
lucem Anno 1606. 7. Novembris Parchimi, quæ
civitas est egregiæ magnitudinis licet ob tumultu
bellicos misera illigjam sit facies Postquam vero lu-
cis hujus usura frui coepit, à parentibus majorum
exempla imitantibus, bene educata fuit. Et cum
pietas ac rei œconomicæ scientia, in virgine im-
primis elocanda, utramq; paginam faciant, nihil
in se quod ad rectam educationem saceret deside-
rari passi sunt. Proinde defuncta nostra annum
agens 18, parentum consilio matrimonialiter co-
habitare coepit. Viro Præstantissimo ac Spectatissi-
mo Dn. M. JOACHIMO TAUMANNO, Scholæ Par-
chimensis Rectori dignissimo, cum quo novem
annos conjugium pacatum ac tranquillum com-

plevit. Quod conjugium sicuti pacatum, ita non
in secundum extitit. Deinde in benedictione duarum
famellarum ANNÆ & MARGARETÆ defuncta nostra
mater facta est. Marito fatis concesso per biennium
ferme vidua mansit, propriam domum pie tractans,
vicemque majoribus reperdere sciens, in Deum spe-
rans, ac obsecrationibus & precationibus apud
Deum instans, unde motus Vir Integerrimus Dn.
SAMUEL Jagetauffel / moestissimus nunc maritus,
illâ ambijt & exambijt. Anno 1634. paulo post Mar-
tinii festum. Quod secundum conjugium, defun-
ctam uostram filiorum, DANIELIS & SAMUELIS fecit
matrem, licet elapsò spatio octimestri & quod ex-
currit unus illorum; alter vero præterito integro
anno mortalitatem hauc morte deposuerint, ac
terra omnium matri commendati sint. Defuncta
vero nostra, quam diu vixit, fidelem sese oecono-
mam marito præbuit, unde illam jam è vivis ex-
dentem meritò deslet, charitatis Christianæ, hoc
imprimis tempore per quam necessariæ studiosissi-
ma fuit, ac pietatis & omnis honestatis amantis-
sima. Dominica exaudi morbi sensit initia, sed le-
via tamen, ut illis morborum hostes medicamen-
ta scil. opponere non necessarium duxerit, se jam
aute ita fuisse dispositam dicendo, sperare se me-
liora. Secundo vero die vicissitudinem frigoris &
caloris sensit, illa tamen cum moderatione, usci-
bi

bi appetitum habuerit. Feria vero tertia, quæ est dies Martis, postquam vim morbi aggravescen-
tem sensit, sibi in loco aëri commodiori exposito lectum sterni petijt. Postquam vero ex consilio medici potionē sudorem promovente usa fuit, visa sunt signa morbum jam gliscentem indicantia. Id postquam defuncta nostra animadvertisit, noluit maritum dilectissimum, nunc viduum, moestissimum ad se venire, sed proculstantem secum colloqui optavit. Quamvis vero morbi impetum sentiret, illum tamen præsente marito dissimulavit utq; meliora speraret eundem adhortata est. Sed vis morbi dissimulationem illam ferre non potuit. Sentiens igitur defuncta nostra medicamenta humana sanitati restituendæ non esse paria, hisce spretis, animæ medelam elegit. Et quoniam Dominica Rogationum S. Cæna ad fidei confirmationem in cœtu publico usa est, à confessionario suo, per ceptæ ante ocliduum consolationis robur & augmentum petijt. Quod obtinuit dicendo: vita mea in Dei manib; quod si mihi moriendum, salutem meam mors hæc maturabit. Paullò ante mortem, maritum moestissimum ad se vocari curavit, & Deo ac illi relictos liberos commendavit. Postea corpus suum ad universalem omnium mortuorum resurrectionem dormitum dixit, atq; ita placide in Domino obdormi-

vic.

vit. Vesta cives Academici requiritur, ad leni-
endum mariti mæstissimi dolorem, in deductione
funeris præsentia, quam eo propensiōri animo
præstabitis, quo mœstissimus maritus in conser-
vanda vestra omnium sanitate suis medicamentis
fuit & etiam nū est promptior. Et licet non semper
medicamenta suum a sequantur finem, interdum
enim docta plus valet arte malum. Sæpe tamen,
verum est pharmacopolio ascriptum distichon:

Morborum hic habitant hostes mors atra caveto

Multa hic contrate continet arma locus.

Cujus versiculi veritatem multis sine dubio exper-
ti sunt. Cum itaq; mœstissimus maritus in sani-
tate vestra conservanda, & amissa quantum po-
test recuperanda in dies occupatus sit, proinde
cui sua ipsius valetudo curæ ac cordi est, extre-
num hunc defunctæ nostræ honorem in gratiam
mœstissimi mariti lubens exhibebit, sibiq; ali-
quando & opinione quidem citius, moriendum
esse cogitabit. Fiet autem conventus in æde Ma-
riana hora media secunda. Dab. Rostochij sub
sigillo Universitatis 3. Junij, Anno

M DC XXXIX.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn747415552/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn747415552/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn747415552/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn747415552/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn747415552/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn747415552/phys_0016)

DFG

morte privatus fuit. Nata verò est
nostra ex honesta familia & laudatis-
vus paternus fuit Vir Amplissimus &
mus Dn. JOACHIMUS BOSSOW/Civita-
sis Consul meritissimus. Avia pater-
gen/matrona honestissima. Avus p.
fuit Amplissimus ac Spectatiss. Vir
ELANDRIAN/Consul Civitatis Gustro-
simus. Avia autē materna MARGAR-
foemina laudatissima patrem defun-
buit, Amplissimum prudentissimu-
mum Dn. HENRICUM BOSSOW/ Con-
meritum Parchimensem. Prodiit a
Lucem Anno 1606. 7. Novembris I
civitas est egregiæ magnitudinis lic
bellicos misera illigjam sit facies Po
cis hujus usura frui coepit, à parentib
exempla imitantibus, bene educata
pietas ac rei œconomicæ scientia,
primis elocanda, utramq; paginam
in se quod ad rectam educationem
rari passi sunt. Proinde defuncta n
agens 18, parentum consilio matri
habitare coepit. Viro Præstantissimi
fimo Dn. M. JOACHIMO TAUMANN
chimensis Rectori dignissimo, cum
annos conjugium pacatum ac tran

H 3



Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.